DE DOTE PRÆLEGATA. XXXIII.4.

A SI * maritus uxori prælegavit dotem, * quam accepit,
B valet legatum, quia plus eſt in legato, quàm in dote, ratione temporis, 1. §. 2. actionis (nam olim dos tantùm petebatur actione perſonali, 3. §. 2. *de leg.* 3.) ratione exceptionis competentiæ. *vid. ſupr. ad tit. ſol. matr.*

b. * Et nullam accepit, tùm * nihil debetur, ſi rem aut quantitatem non expreſſerit. 75. §. 1. *de leg.* 1.

C

c. * totam debet, ſi certam rem vel quantitatem definivit. 25. §. 1. *de leg.* 1. §. 15. *1 h.*

a. * Si Tertius dotem legavit virgini vel viduæ, validum eſt legatum, ſed conditionale. 31. 41. §. 1. *de I. dot.* 21. *de O. & A.* 31. 71. §. 3. *de condit. & demonſtr.* N. 123. c. 37. *Cz.* 3. c. 13. *d.* 25.

DE OPTIONE ET ELECT. LEGAT. XXXIII.5.

LEgatâ optione, olim ipſe Legatarius eligere debebat, §. 23. *I. de legat.* quod hodiè etiam heredi ipſius licet, *d* §. 23. & poteſt Legatarius optimum eligere. 9. §. 1. *de dol. mal.* Stipulantis optionem heres poteſt etiam eligere; 2. §. 2. *de V. O.* 75. §. 3. *de leg.* 1. [*Obſt.* 76. *de V. O.*]

DE TRITICO, VINO ET OLEO LEGATO. XXXIII.6.

T*RITICVM* accipitur pro frumento omni, *in L.* 94. *de V. S.* & certo. *in* 9. Quid per leg. *VINI* debeatur, *v.* 1. 9. ante omnia tamen mens teſtatoris eſt inſpicienda: 1. *h.* 18. §. 3. *de inſtruct. & inſtr. leg.* debentur etiam vaſa, niſi ad certum locum deſtinata ſint: 3. § 1. 14. *h.* Si quantitas non ſit expreſſa, omne teſtatoris vinum debetur: 7. *pr.* Qualitatem omiſſam, heres eligit. 4. *h. vid. Bach. h.* Quidnam vetus aut novum dicatur. *v. L.* 10. 11. *h.*

DE INSTRUCTO VEL INSTRUM. LEGAT. XXXIII.7.

LEgato fundo & inſtrumento, utrumque principaliter legatum eſt: Legatô fundô cum inſtrumento, inſtrumenta ſunt acceſſorium, *v.* 5. *h.* Et his caſibus debetur tantùm fundus cum ſuis inſtrumentis, quæ fructuum quærendorum, conſervandorumque gratiâ comparata ſunt. 8. 12. *h.* Legatô fundo inſtructô debetur fundus cum inſtrumentis, & omnibus, quæ paterfamil. uſus & ornamenti gratiâ ibi habuit: 12. §. 27. 28. 36. *h.* non etiam, quæ tantùm cuſtodiæ aut venditionis gratiâ ibi habuit. 12. §. 36. 29. *Cz.* 3. c. 13. *d.* 27. *l.* 12. §. 37. *h.* 44. *de leg.* 3. *Carpz.* 3. c. 13. *d.* 23.

http://digital.slub-dresden.de/ppn361815247/415